

Ait, Si quis me confessus fuerit corā hominibus, confitebor & ego cum corā patre meo: vel sicut alibi est, coram angelis dei: Non utiq; peccata confitetur qui Christū confitetur. Quod si propterea putant aliqui confessionem vocari, quia pro crimine obijciatur Christi nomen tēpore persecutionis: nūquid ita etiā Christus corā patre vel corā angelis eius hominē qui se confessus fuerit cōfitebitur? Est etiā in Ecclesiastico ita positum, Et hæc dicetis in confessione, opera dñi vniuersa quoniam bona valde. Quo in loco indubitanter dei laudes exaggerantur. Hæc dicta sunt ppter imperitiam fratrum, qui cum legente lectore audiunt hoc verbū, pectora statim tundunt, non attendentes quo loco dicatur, quasi non possit nisi peccatorū esse confessio. Notandū de eo quod illicitē factū videret Iudeis, q̄ discipuli sabbato spicas euulsiſſent, vnum exemplū datum regiæ potestatis de Dauid, alterum sacerdotalis, de ijs qui per ministeriū templi sabbatū violant, vt multo minus ad ipsum euulsarum sabbato spicarum crimē pertineat, qui verus rex & verus sacerdos est, & ideo dñs sabbati. Cum autem dormirent homines, venit inimic⁹ eius & super seminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cum negligentius agerent præpositi Ecclesiæ, aut cum dormitionem mortis acciperet Apostoli, venit diabolus & superseminauit eos quos malos filios dominus interpretatur. Sed recte queritur, vtrū hæretici sint, aut male viuētes Catholici? Possunt enim dici filij mali etiam hæretici, quia ex eodem Euangelij semine & Christi nomine procreati, prauis opinionibus ad falsa dogmata cōuertuntur. Sed q̄ dicit eos in medio tritici seminatos, ut dicitur illi significari qui vnus cōmunionis sunt. Veruntamen quoniam dñs agrum cōsum, non Ecclesiā, sed hunc mundum interpretatus est, bene intelliguntur hæretici: quia non societas vnus Ecclesiæ vel vnus fidei, sed societas solius nominis Christiani in hoc mundo permiscetur bonis: at illi qui in eadem fide mali sunt, palea potius quā zizania deputantur: quia palea etiam fundamentum ipsum habet cum frumento, radicemq; communem. In illa planē sagena qua concluduntur & mali & boni pisces, non absurde mali Catholici intelliguntur. Aliud est em̄ mare, quod magis mundum istum significat: aliud sagena, quæ vnus fidei vel vnus Ecclesiæ cōmunionem videtur ostendere. Inter hæreticos & malos catholicos hoc interest, q̄ hæretici falsa credunt, illi autem vera credentes non viuunt ita vt credunt. Solet autē etiā veri, schismatici quid ab hæreticis distent, & hoc inueniri, quod schismaticos non fides diuersa faciat, sed cōmunionis disrupta societas. Sed vtrum inter zizania numerandi sint, dubitari potest. Magis autem videtur spicis corruptis esse similiores, sicut scriptum est, Venio autem corruptetur filius iniquus: vel paleis aristarum fractis vel scissis & de segete abruptis. Quo enim altiores, id est, superiores, eo fragiliores leuioreſq; sunt. Nec tamen consequens est, vt omnis hæreticus vel schismaticus corporaliter ab Ecclesia separetur. Si em̄ falsa de deo credit, vel de aliqua parte doctrinæ que ad fidei pertinet ædificationem, ita vt non querentis cunctatione tentatus sit, sed incōcussē credentis, nec omnino scientis opinione atq; errore discordans, hæreticus est & foris est animo, quamuis corporaliter intus videatur. Multos enim tales portat Ecclesia, quia non ita defendunt falsitate sententiæ suæ, vt intentam multitudinem faciant: quod si fecerint, tunc pellantur. Item quicumq; inuidēt bonis, ita vt querant occasiones excludendi eos, aut degradandi: vel crimina sua sic defendere parati sunt, si obiecta vel p̄dita fuerint, vt etiā conuentualium segregationes, vel Ecclesiæ perturbaciones cogitent excitare, iam schismatici sunt, & ab vnitate corde dia-

scissi, etiam si non inuentis occasionibus, aut occultatis factis suis sacramēto Ecclesiæ corporali cōuersatione societur. Quapropter illi soli catholici mali recte deputantur, qui quamuis vera credant quæ ad veram fidei doctrinā pertinent, & si quid forte nesciūt, querendū existimēt, & salua pietate discutāt sine aliquo præiudicio ipsius veritatis, & bonos, vel quos bonos putant ament atq; honorent quantum possunt, tamē flagitiose atq; facinorose viuūt contra quā viuendum esse credunt. Tales enim etiā si prodantur aut accusentur, pro disciplina Ecclesiæ salutisq; sue causa correpti, vel à cōmunionē suspensi, nullo modo sibi recedendū esse à cōmunionē catholicæ fidei existimant, quomodocūq; permisi fuerint satisfactionis querentes locum: & aliquando per poenitentiam in frumenta mutantur, siue correpti, siue remoti, siue etiam verbo dei nullo nominatim accusante aut increpate perterriti. Aliquādo autē etiā sub nomine poenitentium viuūt vt solent, aut non multo minus, quidā etiā amplius, nullo modo tamen à catholica vnitate discedūt. Quibus ita viuētib⁹ si mors obrepserit, paleæ deputantur vsq; in finem. Hoc etiā ipsi credunt. Nam si aliter credunt & incōcussē tenent, iam inter hæreticos numerandi sunt: putantes omnib⁹ deum, etiam in magna iniquitate vsq; in finem vitæ perseuerantibus, tantum quia Ecclesiæ vnitatem non sincera dilectione, nisi vt bene viuērent, sed magis poenarū timore tenuerunt, veniā daturū. Isti ergo non hoc credunt, vel non firmiter opinantur, & si adhuc forsitan querunt. Sed magis eos decipit spes dilationis, dum se diutius viuētuos putant, & perditos mores aliquādo in melius mutatuos. Cōtra quos dicitur, Ne tardes conuerti ad deum, neq; differas de die in diem: Subito enim veniet ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te. Illi em̄ conuertantur qui recte viuere incipiunt: hoc est enim ad deum redire. Qui autem cōcupiscentias suas perseueratē sequuntur, dorsum quodāmodo habent ad deum, quāuis in vnitate cōstituti sæpe illum retorto collo conentur aspicere. Ergo & isti, vt ait Propheta, caro sunt & spiritus ambulās & non reuertens. Sed tamen vt dictū est, propter eandem fidem atq; vnitatem Ecclesiæ, neq; inter zizania, quoniam illa extra radicata sunt, neq; inter aristarū paleā quæ se etiā frumentis audet aspera diffensione & fragili elatione superimponere, sed quāuis subiectā frumentis, tamen inter paleā quæ vltima ventilatione separanda est numerātur. Boni autem catholici sunt, qui & fidem integrā sequuntur & mores bonos. Qd̄ autē ad fidei doctrinā pertinet, ita querunt si quid querendum habent, vt ab sit concertatio periculosa, vel querenti, vel ei cum quo queritur, vel eis qui differentes audiunt. Ita autem docent si quid docendū habent, vt vsitata & confirmata securissime & fidentissime & lenissime vt possunt insinuent. Inuitata vero etiam si veritatis manifestatione liquidissima perceperunt, querendi potius quā præcipiendi aut affirmandi modo, propter audientis infirmitatem. Si autem tantum habet pondus aliquod verum, vt vires discentis excedat: suspendendum est vt extendat crescentem, non imponendum vt oberat paruum. Inde est enim illud domini, Sed filius hominis cum venerit, putas inueniet fidem in terra? Aliquando autem & occultandum est, sed cum spe hortatoria, vt non faciat desperatio frigidiores, sed desiderium capaciosiores. Inde est illud eiusdē domini, Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Quod ergo ad mores pertinet, hoc bene & breuiter dicitur: aut configendum est cum amore temporalium honorū, vt non vincat: aut eum edomitus subditusq; esse debet, vt cum surgere cœperit, facile reprimatur: aut ita extindus, vt se omnino nulla ex parte cōmoueat. Ex quo fit vt etiā ipsam mortē propter

D

Eccli. 39.

X. Matth. 12.

XI. Matth. 13.

E

Eccli. 5.

Psal. 77.

F

Lucæ. 18.

Ioan. 16.

p̄ter